



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. 2. De Advocatis pauperum

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

tia & defectu studii, tempestivæ & accuratæ responsiones & comparitiones desint, & ex similibus causis contingat, causam alias justam periclitari cum clientis damno. §. Prudentia ac vita bona cum experientia & praxi conjuncta. Supponendum etiam est juramentum Advocatorum, quo se obligant & jurant, diligenter & ex fide, hoc est fideliter, officium suum præstituros, item se cognita causa improba vel penitus desperata, scienter mala cōscientia liti non patrocinatorios, immo si causa procedente aliquid tale sibi cognitum fuerit à cause Patrocinio recessuros.

Articulus Secundus.

De Advocatis Pauperum.

I. **N**E causæ Pauperum & miserabilium personarum, ex defectu mediorum aut advocati & procuratoris perdantur, & exinde talium sequatur oppressio, tenentur Magistratus & Judices, pauperi & miserabili personæ, ubi similibus causæ agitantur, assignatis advocatis ac procuratoribus providere ne opprimantur. De his per

per Scripturam monentur *Psal. 81. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate, &c.* Item obligantur Judices ubi pauperes personæ ob defectum stipendii advocatos in suis causis vitæ subsidia, vel famam vel aliam gravem necessitatem concernentibus non reperiunt, illis de publicis sumptibus, Advocatos ac Procuratores constituere, quia illorum est in necessitate extrema aliis providere. Item quilibet advocatus à paupere vel miserabili persona rogatus, ut causam suam aliquam urgentem agat, cum, ut supponitur non habeat unde salarium ei det, tenetur sub peccato mortali gratis advocare: quia necessitatem extremam patienti tenetur Christianus ex præcepto Charitatis, sub peccato mortali subvenire. Item: etsi Clericis non liceat in causis Civilibus advocare, id tamen licet in causis pauperum & miserabilium personarum, & fundatur in charitatis debito & necessitate.

Q 2

Arti-